

cf pag
seq.
1584.

Admodum excellens Domine. Diu multumque laboravi in negotio vestro, et tamen nihil obtinui. Nam porrexi libellos supplices sanctissimo Domino, tum pro privilegio librorum imprimendorum lingua germanica, tum pro legitimatione; et omnia diligenter explicavi, et 5 adjeci etiam pro privilegio impetrando commendationem Serenissimarum Dominarum Mariae, et Eleonorae. Sanctissimus cupiebat utramque gratiam libenter facere si posset, et remisit libellum priorem ad Card/lem S/tae Susannae, qui praeest Brevibus Apostolicis, et posteriorem ad D.Datarium, qui praeest Bullis Pontificiis. Card/lis 10 S/tae Susannae respondit, privilegia pro libris imprimendis pro lingua germanica non solere concedi a Summo Pontifice, quia non imprimuntur, nec venduntur ejusmodi libri in Italia, ubi ipse habet temporalem jurisdictionem, et potest poenas temporales adjungere. Solet quidem aliquando dare privilegia pro omnibus provinciis 15 christianis, et addere poenam spiritualem, id est excommunicationem; sed non facit, nisi pro libris ecclesiasticis toti Ecclesiae necessariis: non enim licet excommunicare pro solo temporali . . .

Porro libellus alter non pervenit ad manus D.Datarii, nec scimus cujus culpa id acciderit. Ego enim cum fecissem, quod meum erat, 20 admonui Religiosos Patres Servitas, qui isthuc ad nos venerunt, ut solliciti essent de expeditione Bullae. Sed illi post multos dies ad me redierunt re infecta. Et quoniam illi recedere cogitant ab Urbe, ego iterum aggredior negotium, si tamen ipsi relinquunt hic Romae sollicitatorem. Vale Excellens Domine, et me, ut facis, amare 25 perge. Datum Romae, die 20 Decembris 1616.

München. Reichsarchiv. Jesuitica in genere. Fasc. 19 nr. 324. Minute autogr. de la réponse à la lettre du 19 oct. 1616^e, dont la fin seulement se trouve conservée, avec l'adresse du card. extér.:

Reverendissimo ac Illust⁺/mo Principi D'no, D'no Roberto Bellarmino SS. Sedis Ap-lae Cardinali Domino atque Principi Clementissimo. 30 Romae.